

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

De Munere Concionandi, Exhortandi, Catechizandi - Continens non tantùm  
praecepta ad artem concionandi descendam accomodata, sed etiam Ideas  
& Conceptus praticos pro Concionibus in Festis B. V. & SS. Dedicationis,  
Patrocinij, Novi Anni, Paschatis, Parasceves; item in Primitiis Sacerdotum,

...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

§. 2. Alij Conceptus de eadem materia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48347](#)

vobis sit peragenda. Superest, ut manum operi admoveatis, & ita triplicem hanc Dedicationem tam hodie, quam deinceps celebretis, ut tanquam verum DEI Templum perpetuo ab eodem inhabitari, donisque ac gratia ejus repleri, & tandem in cœlesti quoque Templum transferri mercamini, ubi perpetuam Dedicationem & Festivitatem celebrare, Deumque cum omnibus Sanctis in omnem æternitatem laudare possitis. Amen.

## §. II.

## Alii Conceptus de eadem materia.

I. Præter Conceptum priori §. assignatum, posset ex occasione sententiaz ex S. Augustino ab initio prioris Concionis recitatæ ostendi etiam, quomodo quisque Dedicationem spiritualem celebrate, sique ipsum DEO in Templum spirituale offerre, & consecrare debeat. Eum in finem demonstrari 1. deberet, quomodo Area cordis eligenda, &c, si quidem ibidem aliud ædificium, v. g. Veneris, Bacchi, Mammonæ ædificatum conficiatur, mox penitus destruendum sit, uti in prima parte prioris concionis ostensum est. 2. Quomodo fundamentum solidum Fidei vel Humilitatis ponendum; nam, ut rectè S. Gregorius l. 8. mor. dixit: *Perit omne, quod agitur, si non in humilitate solidatur.* 3. Quomodo Parientes quatuor Cardinalium virtutum, Prudentiæ, Justitiæ, Temperantia, Fortitudinis erigendi. 4. Quomodo tectum per Perseverantium imponendum; nam juxta S. Hieronymum l. 1. contra Jovin. in Christianis non queruntur initia, sed fini. Et, ut S. Gregorius l. moral. ait, *incassum bonum agitur, si ante vite terminum deferatur.* 5. Quomodo Altaria diversa erienda per devotionem ad certos Sanctos, præcipue tamen Altare summum, constituendo ibidem tabernaculum mundi cordis pro Venerabili asservando, lampademque auream divinæ Charitatis suspendendo. 6. Quomodo Chorus ædificandus per varias preces ardentes persolutas: *Confessionale* per frequentem sui coram Sacerdote, aut DEO certè accusationem: *Cathedra* pro concione sibi ipsi suo tempore habenda: *Gazophylacium* geminum Misericordiæ vivis & defunctis exhibendæ. Quæ omnia facile fusiùs, practicèque explicari possunt.

II. O-

II. Ostendi posset, quomodo Anima nostra & Tem-  
plum omnium præstantissimum, & ipso etiam Salomonis  
templo præstantius. 1. Quia majori sumptu, scilicet pu-  
tio infinito Sanguinis & meritorum Christi constituit.  
Quia magis ornatum est auro Charitatis, & insuper præsta-  
tissimis Reliquiis, id est, exemplorum à Sanctis relictorum  
memoriâ instructum. 3. Quia Officia divina & cultus DE-  
gratiori longè modo peraguntur. 4. Quia est magis cele-  
bre ob miracula & preces exauditas. Exhortandi proinde  
Auditores, ut, quemadmodum Salomon Dedicacionem su-  
templi summa cum lætitia & solemnitate celebravit, ita &  
ipſi similem Festivitatem hodie instituant. Præterea vero  
sedulò curent, ut & mundum semper hoc templum conser-  
tur, & debitus DEO, Sanctisque cultus accuratè suo tempo-  
re persolvatur, ne alioqui eveniat illi, quod Hierosolymita-  
no accidit, ut scilicet propter negligentiam custodiz omni-  
no evertatur, flammisque perpetuis subiiciatur.

III. Ostendi posset, quare Ecclesia potissimum sibi  
dificata & consecrata, scilicet ut essent *Domus Orationis*; sed  
ut meminismus, in ijsdem fere casibus ad Ecclesiam per  
preces nos configere debere, in quibus ad domum nostram ma-  
teriale configimus, quando extra illam versamur, scili-  
cket 1. Quando corpus cibo reficere volumus; ubi Sacra-  
torum usus, & præcipue SS. Eucharistiae commendandus. 2.  
Quando pecuniâ aut aliâ quâpiam re indigemus, ubi frequen-  
tia orationis in templo commendanda. 3. Quando pluvia  
ingruunt, ubi recursus ad DEVm in tribulationibus persu-  
dendus. 4. Quando Hostis insidiatur; ubi orationum ja-  
culatoriarum creber usus inculcandus, & harum precum uti-  
litas & efficacia ostendenda. 5. Quando quiescere, somno  
que vacare volumus. Ubi precum Vesperi persolvendarum  
consuetudo pia commendanda. Excitandi proinde Audit-  
ores, ut ob hos fines diligenter tempora frequentent, & à variis  
insolentijs in Ecclesia committi frequenter solitis diligenter  
abstineant, ne & ipſi audire cogantur: *Domus mea domus o-  
rationis est; vos autem fecistis illam Speluncam Latronum.*

IV. Posset ostendi, quomodo Templum variarum Do-  
mum officia finesque contineat. Et 1. quidem, quomodo  
sit *Domus Orationis*, ein Betthaus / ut meminerimus, quod  
poti-

potissimum sit officium nostrum, quando Templum frequen-  
tamus, scilicet orationi & colloquio cum DEO vacare, unde  
ante portas Templi dicendum omnibus curis: *Sedete hic, & re-  
quiescite, donec vadam illuc, & orem.* 2. Quomodo sit *Do-  
mus annonaria*, ein Provinthaus / ubi præstantissima anno-  
na SS. Eucharistie & Verbi divini asservatur & communica-  
tur, ad quam proinde diligenter suo tempore petendam ani-  
mandi sunt Auditores. 3. Quomodo sit *Domus Vigiliarum*,  
ein Wachthaus / ubi ipse Christus vigilat, & contra Hostes de-  
fendit; unde tempore temptationum maximè ad hanc Domum  
confugiendum, auxiliūmque adversus Hostes petendum. 4.  
Quomodo sit *Domus infirmorum*, ein Lazarethaus / ubi virtus  
exit de Christo, & sanat omnes. Unde meritò freqnenter suas  
huic Medico infirmitates & vulnera aperire deberent. 5.  
Quomodo sit *Domus consilii*, ein Rahthaus / ubi vel maximè  
de Christo ibidem consilia suggestente sibi quisque dictum  
existimare deberet illud Siracidis c. 6. *Multi pacifici sint tibi,  
& Consiliarius sit tibi unus de mille.* Sicut Moyses semper re-  
cursum habuit ad Tabernaculum pro dubiis & quæstionibus  
solvendis, fugitque ad orationis adjutorium pro periculis &  
improbitatibus hominum solvendis, ut loquitur Thomas  
Kemp. l. 3. c. 38. 6. Quomodo sit *Domus recreationis*, ein  
Lyshaus / ubi delitiae Christi sunt esse cum Filiis Hominum;  
quidni & vicissim Hominis deliciae sunt esse cum Christo, &  
suavissimè cum ipso conversari, imò & epulari? 7. Quo-  
modo sit *Domus Habitationis*, ein Wohnhaus / & Palatium  
summi Regis Christi, atque adeò illuc frequenter nos com-  
parere, Regi nostro servire, variásque ab eo gratias ac dona  
petere, & exspectare deceat. Quæ omnia facilè ex natura &  
fine istarum diversarum domum fusi diduci possunt.

V. Posset ostendi, quomodo in templo dignè versari,  
aque adeò finem, ob quem Tempa instituta sunt, obtinere  
possimus, nimirum si bene discamus, & exerceamus artem or-  
andi, quæ proinde doceatur, dicatürque, eam tribus præcep-  
tis comprehendendi, quorum primum est, ut magnificat Oratio  
juxta illud S. Augustini: *Rectè novit vivere, qui rectè novite  
orare*, ubi alia quoque motiva ad hanc estimationem inge-  
nerandam conducentia proponi possunt. Alterum est, ut  
omnes vires & industriae adhibeantur in oratione ritè pera-  
genda;

genda; si enim S. David i. Paral. 29. de seipso dixit: *Totū v  
ribus preparavi impensa domus DEI mei; neque enim Hom  
preparatur habitatio, sed DEO.* quanto magis totæ vites in  
ipsam orationem, propter quam templum adificatum est,  
impendendæ erunt, atque adeò ejusdem Davidis Pl. 46. m  
nitum observandum: *Psalite DEO nostro, psallite; Psalite  
Regi nostro, psallite; Psalite sapienter.* ubi voce Psalite quo  
quies repetita insinuat psallendum esse per linguam diffio  
ctè: per memoriam attente: per intellectum intelligentem:  
per voluntatem ardenter: per corpus reverenter. Tertium  
est, ut Christi monitum Discipulis datum: *Vigilate, & ora;*  
diligenter obseruetur, atque adeò adversus omnes tentatio  
nes & illusiones Dæmonis orationem impedire molientis ac  
curata vigilia instituatur, præcipue contra illam tentatio  
nem, quâ persuadere conatur, ad nihil utilem esse orationem  
eo quod perraro id, quod petitur, impetratur; cui proxime  
tentationi ut facilius occurrant Auditores, afferantur cauzæ  
eur DEUS non exaudiat; nempe quia vel impedimentum ip  
ponimus, opponendo nubem peccati mortalis, ne transe  
oratio: Vel quia male petimus, ut in peccatis nostris con  
sumamus: Vel quia tardius dando commendare vult DEUS  
dona sua, non negare. Claudatur concio illis Apostoli ad  
Philipp. 4. verbis: *Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione, &  
observatione, & gratiarum actione petitiones vestra innoteſcant  
apud DEVUM &c.*

VI. Posset alio modo modus dignè conversandi in tem  
plo declarari, ostendendo scilicet, & quid ad orationem in  
communi requiratur, & quā varii modi orandi à variis ad  
hiberi possint. Dicat proin Concionator in exordio, anti  
quam esse consuetudinem, ut in Festo Dedicationis variæ res  
veniales proponantur, & unus Amicus alteri donum aliquod  
Encæniale (ein Kirchweihshandlung) offerat. Hunc proin  
de morem & se servaturum, cùmque in finem emisse libellum  
precatorum, sex tantum folijs constantem, in quibus tam  
tota ars precandi contineatur, & in quo omnes inveniant  
preces pro se aptissimas. Libellum autem hunc esse i. nigra  
pelle de Corio Cordubensi (von Cordabon) vestitum, qui  
humilitas in oratione tenenda significatur; nam Oratio hu  
miliantis se penetrabit nubes, teste Siracide Eccl. 35. & donec  
propria

propinquet, non consolabitur; & non recedet, donec respiciat.  
*Altissimus.* 2. Auro illitum, ad charitatem, & gratiam significandam, sine qua inefficax est omnis oratio, cum Peccatores DEUS non exaudiat, teste S. Joanne 4. c. 3. Argenteis clausuris praeditum, ad significandam puritatem & fiduciam, quæ ex ea oritur juxta illud I. Joan. 3. *Charissimi, si cor nostrum non reprehendat nos, fiduciam habemus ad DEVUM;* & quidquid petierimus, accipiemus ab eo. 4. In una facie operculi Christum ex auro efformatum esse, quasi libellum offrentem, in quo hæc verba notata sunt: *Petite, & accipietis:* seu germanicè: *Allein was von ihm begeht/ der gütig Gott den Menschen beschert.* quibus verbis necessitas orationis ostenditur. In altera facie expressum esse sanctum, cuius honoris Templum hoc ædificatum est, habentem librum in pectore, cum hac inscriptione: *Recte novit vivere, qui recte novit orare.* seu Germanicè:

*Sein leben wird recht stellen an /  
Der wohl vnd eyferig betten kan.*

Post hæc varij modi orandi proponantur. Et in primo quidem folio dicatur, depictum esse Isaacum in agro meditandum cum hac inscriptione supra imaginem posita: *Egressus fuerat ad meditandum in agro.* Gen. 24. Infra autem: *In Meditatione meæ ex ardebet ignis.* Per quæ verba primus modus orandi, Religiosis maximè conveniens indicatur, de cuius utilitate & praxi breviter aliquid dicendum erit. In secundo folio pictus David cum Cythara, & hac inscriptione: *Supra: In confetti Angelorum psallam tibi. Ps. 137.* Infra: *Psallite Regi nostro, psallite: Psallite DEO nostro, psallite. Psallite sapienter:* per quæ verba oratio vocalis longior Clericis speciatim conveniens indicatur, & per verbum *Psallites* quinques repetitum conditions quinque ad orationem tallem requisitæ (de quibus in priori §. dictum) innuuntur. In tertio folio dicatur depicta honesta Virgo sagittam ex corde emittens cum hac inscriptione: *Acuite sagittas, parate pharreas.* Jer. 57. Infra: *Orantes nolite multum loqui.* Matt. 6. quibus verbis indicatur tertius modus orandi per preces calculatorias tantopere à SS. Patribus commendatus propter fervorem, attentionem, & dispositionem majorem. Et hic modus laboriosus & occupatis Hominibus maximè convenit.

in quar-

In quarto folio depictus dicatur Daniel Propheta in celo suspiciens, & suspirans cum hac inscriptione: Supra: *Nostimere, vir desideriorum.* Dan. 10. Infra: *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus.* Ps. 10. ubi modus orandi valde efficax per desideria indicatur, quia *coronat DEVS voluntatem, ubi non invenit facultatem,* teste S. Augustino. Et hic modus simplicibus hominibus est singulariter suadendus. In quinto depictus dicatur Organgedus organum pulsans cum hac inscriptione: *Laudate eum in chordis & organo.* Ps. 150. Infra: *Qui conservat legem, multiplicat orationem:* quibus verbis significatur modus orandi per opera obedientia diligenter peracta, hominibus quacunque ratione ab orando impeditis per quam accommodatus, de quo locutus est S. Augustinus in Ps. 150. dicens: *Vis semper laudare DEVVM? beneficia omnia, quae facis, & laudasti DEVVM.* In Sexto denique tertiis Pueri in fornace Babylonica depicti dicantur cum hac inscriptione: Supra: *Benedicite omnia opera Domini Domine.* Dan. 3. Infra: *Benedicite Filii Hominum Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.* In quo folio significatur modus orandi omnibus communis per creaturas, S. Antonius famularis, ut qui mundum dicebat esse magnum librum, in quo universi homines copiosam meditandi materiam inveniant. Qui omnes sex modi orandi fusi explicari & commendari poterunt.

VII. Posset ostendi, quomodo Ecclesia sit Cælo simili juxta illud S. Nili Episcopi: *Ecclesiam ut cœlum adi.* Id vero probari poterit 1. ex eo, quod DEVS in Templo perinde vesti habitet, sicut in cœlo juxta cap. 28. Gen. Verè Dominus *est in loco isto.* Quām terribilis est locus iste; non est hic aliud, nisi dominus DEI, & porta cœli. 2. Quia in templo perinde laudatur assidue DEVS, ac in cœlo, unde & Angelii saepè visi sunt. Otantibus se miscuisse, atque ad laudes DEI debitâ cum reverentia canendas incitasse. 3. Quia sicut in cœlo perpetua quietes & lætitia reperitur; ita in Templo quoque solida & constans ex DEI confortio & allocatio consolatio percipitur. Hinc idem S. Nilus recte monet, nihil agendum aut loquendum in templo, quod terram sapiat. Videatur Faber in Auctario in Festo SS. Philippi & Jacobi. them. 4.

VIII. Possent proponi & castigari abusus in Dedicacione

tione Templi committi soliti, & demonstrari, quod si experientia consulatur, magis Festum Diaboli, quam DEI esse comperiat. 1. Quia Templum DEI, id est, animas quam plurimi Baccho & Veneri consecrant. 2. Quia loco Templo frequentantur Hospitia, & loco orationis & concionis vacatur lassibus, compotationibus, & colloquiis parum honestis. 3. Quia loco interioris renovationis renovantur mala proposita peccandi, & omnes alias absurditates, & fraudes committendi. Ut verò à talibus abusibus tanto diligentius abstineant, ostendatur, quantam ex talibus abusibus injuriā dEo, & quanta damna sibi ipsis & aliis creent.

**§. III.**

Quomodo ex occasione Dedicationis alia doctrina Auditoribus inculcari possit.

*Thema.*

Hodie salus facta est huic domui. Luc. 19.

*Scopus.*

Ars bene & Christianè administrandi Familiam (die Kunst wohl zu hausen) docenda.

*Syllogismus principalis.*

Ille ars studiosè est addiscenda, à qua totius domus salus dependet; Atque talis ars est ars bene administrandi Familiam; Ergo hac studiosè est addiscenda.

**E X O R D I U M.**

Si hodie mihi Auditorum meorum corda inspicere, cōsumque desideria examinare liceret, non dubito, quin multos in hac vel similia suspiria erupturos adverterem: O si & ego aliquando tam fortunatus essem, ut Christus apud me dixeret, efficaciterque mihi perinde, ac olim Zachæo, diceret: *Hodie salus facta est huic domui.* Tunc enimvero latus Dedicationem celebrarem. Nunc verò quā ratione festivitatē hodiernam cum lātitia celebrabo, qui, quod rodam, domi non habeo; qui rem meā familiarem in dies peius administrari adverto: qui nihil nisi miseriā, inopiam, dif-

*Inscript. VII,*

P

. cordiam,